Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36523
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

intelligendum est. nec mori timeo quia bonum dominum habemus. ne crede
retur presidens purgatissimis moribus premisisse. Non sic uixi. ut me pude
at uiuere inter uos. Hoc enim ad illud dixerat quod homines de homine nosse
poterant. Nam ad examen equitatis diuine de bono se domino magis con
fidere asserebat cui inorazione cottidiana dicebat. Dimitte nobis debita nra.
Cuiusdam etiam co epi et familiarissimi amici sui. in extremis uite de talibus
frequentissime referebat dictum. Ad quem iam morti propinquant cum uisi
tandi gratia uenisset. et ille magno gestu se de seculo exiturum significaret. eetque
responsum ei ab ipso beato augustino adhuc ei ecclie necessarium uiuere posse.
ne putaretur huius uite teneri cupiditate. taliter respondit. Si numquam bene.
si aliquando. quare non modo. Hanc sententiam mirabatur et laudabat egre
gius uir augustinus hominem protulisse deum quidem timentem sed inuilla na
tum et nutritum. et non multa lectionis scientia eruditum. Illud etiam memo
rabile cuiusdam egrotantis epi dictum proferebat in medium. de quo beatissimus
martyr cyprianus in epla sua quam de mortalitate scripsit ita retulit dicens. Cum
quidam inquit de collegis et consacerdotibus nris infirmitate defessus et de
appropinquante iam morte sollicitus comeatum sibi precaretur astitit deprecan
ti et iam pene morienti iuuenis honore et maiestate uenerabilis. statu celsus et
clarus aspectu. quemque assistentem sibi uix posset humanus aspectus oculis
carnalibus intueri. nisi quod talem uidere iam poterat de sclo recessurus. Ille itaque
non sine quadam animi indignatione ac uocis infremuit et dixit. Pati timetis.
exire non uultis. quid faciam uobis.

Ante proximum diem obitus sui sepe iam memoratus gloriosus doctor et epc
augustinus a se dictatos et editos recensuit libros. siue eos quos primo tempore
sue conuersionis adhuc laicus. siue quos presbiter. siue quos epc dictauerat. Quecumque
autem in his recognouit. aliter quam se habet ecclistica regula a se fuisse dictata
et scripta. cum adhuc ecclesiasticum minus sciret. minusque sapuisset. a semet ipso
reprehensa et correcta sunt. Unde etiam duo conscripsit uolumina. quorum est tytulus
de recensione librorum. Prereptos autem quosdam libros. ante diligentiorem emen
dationem. a non nullis fratribus conquerebatur. licet eos postmodum emendasset.
Imperfecta quoque quedam librorum suorum preuentus morte dereliquit. Quique prodes
se omnibus uolens. et uolentibus multa librorum legere uolumina. et non ualentibus ex
utroque diuino testamento ueteri et nouo. prefatione premissa precepta diuina
ad uite regulam pertinentia excerpsit. atque ex his unum codicem fecit. ut qui
uellet legeret. atque in eo. uel qui obediens deo. uel qui inobediens eet agnosceret.
Et hoc opus uoluit speculum appellari. Verum breui consequenti tempore diuina